



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Gabriel Lallemant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

condisceret.

P. Gabriel Lallemand.

P. Ioannis Brebeuf per 6. menses in Apostolicis apud Hurones laboribus, ac tormentis fidelis socius. Parisijs patritio sanguine natus, tener corpore, innocens animo, promptus ingenio, se diuino amori frequenter in holocaustum dicabat, id à Deo vnicè flagitans, ne què è sua familia perire sineret in æternum. Age, aiebat ad seipsum identidem, age, anime; pereamus sanctè, vt dulcissimo Iesu cordi vel sic iucunditatem quam possumus pariamus! dignus est Iesus pro quo aspera omnia perferamus. Apud Hurones Atironta illi nomen. Præter toleratas candentes secures, & alia quæ in Ioanne heri

*Gallus
ibid.
17. Mart.
1649.
etat. 39.
Soc 19.*

Charitas.

Fides.

narraui, acutis suffixis subu-
lis est excruciatuſ. Effoſſi
illi oculi, & eorum loco in-
cauum orbium oculorum,
carbones ardentes inſerti:
totum corpus reliquam igne
toſtum, caro vndique lacera
& à barbaris vorata.

P. Raphaët Ferrer.

Hispanus.
in Ameri-
ca.
Martio.
1611.
ætat. 45.
Soc. 24.

Lectio.

Conciones.

Ex Aragoniæ Prouincia
in Peruanam translatus, mo-
deſtiæ ac paupertatis præci-
puo ſtudio capiebatur, la-
chrymis vbertim cadentibus
plenus: quoties diuinæ aræ
ſacrificium celebraret, imò
ſi vel litanias recitaret, aut
pium libellum quempiam,
leſtitaret. Miſſiones illas
optabat quæ magis arduæ
videbantur. Populū in tem-
plo ad ſcenicum ſpectacu-
lum congregatum vt ab eo
ſpectaculo abſtraheret, in ſce-
nam